

Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata,
Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus,
Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiæ
forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXXIV. De aliis actis, qui fiant inter probationes, & sententiam, vel
decretum, pro compilatione processus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74090)

- ralitatibus, vel cum aliquibus doctrinis indefinitè procedere.
- Præterea dari solet duplex illiquiditas seu incertitudo, que liquidatione seu certificatione indiget; Una scilicet quoad substantiam; Et altera quoad pretium; Ut præsertim pro frequenter præxi contingit in liquidatione fructuum perceptorum ex aliquibus bonis, quoniam adest prima incertitudo super corum qualitate; & quantitate. Hisque firmatis, adest altera super pretio, quod in dies & tempora ut supra notabiliter variari solet. Hinc proinde hæc materia liquidationis fructuum, reputatur difficilis probationis, & per consequens etiam leviores, ac presumptæ probationes admittuntur, recurring ad instrumenta locationum, vel ad libros gabellarum, sive ad id quod fructaverint prædia adjacentia, cum similibus argumentis, cum quibus procedi solet. Buratt. & add. decis. 173. Ottob. dec. 166. Dunozett. decis. 672. Bich. decis. 493. & 503. decis. 201. par. 10. rec.
- 59 Hujus etiam incertitudinis, seu illiquidatis, majores questiones haberi solent, in materia asecuracionum, tam super valore mercium, quam etiam super qualitate loci, qui attendi debeat pro eorum estimatione, an scilicet ille, à quo, vel ille ad quem, vel medius, ut in sua fede advertitur, idèoque laudatur conventionalis taxa ab initio ad hujusmodi inextricabiles questiones dirimendas, tit. de credit. discr. 106. cum plur. seqq.
- Idemque in societatisbus seu negotiis socialibus super liquidatione lucrorum, unde propterea verisimiles Partium conventiones, vel taxæ ab initio laudantur, ut in usurarum ac societatum sedibus advertitur cum similibus, sit. de usur. & tit. de societ. offic. pluries.
- In casu demum discordia peritorum, procedi etiam solet cum regula, quæ habetur in testibus, quod scilicet in majori summa inest minor, in qua dicuntur concordes; Unde propterea, si (ex-gr.) unius peritus estimat seu liquidat in decem, & alter in quindecim, tunc in minori summa decem dicuntur concordes, ideoque in ea sequi potest condemnatio, cum non debeat illud plus, quod est illiquidum, impedita partem liquidam, in qua verificatur concorde judicium. Merlin. decis. 246. add. ad Gregor. decis. 558. Ciriac. controv. 159. qui varias refert opiniones, & est materia arbitraria pro stylis, vel facti circumstantiis.
- 61 Dealii actis inter probationes, & sententiam, vel decretum, pro compilacione processus.
- S V M M A R I V M.
- N**ON datur terminus particularis ad reprobandum testes, dum continetur in remissoria, cuius terminus est communis utrique parti.
- 2 De publicatione post factas probationes, & an sit de substantia judicis.
 - 3 Post publicationem non admittuntur nove probationes per testes.
 - 4 De primo, & secundo beneficio concedi solito ad hunc effectum.
 - 5 De conclusione in causa.
 - 6 Quod non sint in usu in Curia isti formales actus publicationis, & conclusionis.
- 7 De foro Capitolino.
- 8 De eodem de quo num. 6. circa non usum publicacionis.
- 9 Et de non usu conclusionis ut scripture semper, & quandocumque produci valeant.
- 10 De compulsoria.
- 11 De modo recipiendi scripturas productas post causam instructam.
- 12 Monentur Episcopi, aliquae Iudices fori ecclesiastici quomodo procedere debeant.
- 13 De terminis substantialibus sine quibus sententia est nulla.
- 14 De illorum sanatione, quando intret.
- 15 De materia declarations circa usum.
- 16 Quare in Curia ea sit rara, & qualis sit eius praxis.
- 17 Damatur usus respondendi positionibus, & quando, & quomodo servari deberet.
- 18 De citatione ad sententiam, sine qua ea est nulla.
- 19 Quomodo concipi debeat.
- 20 De stylo Hispaniarum, ut conclusio in causa stet loco hujus citationis.
- 21 Quare in causis de partibus sententia soleant esse nullæ.
- 22 De circumductione citationis, & de differentia in Curia, & extra.
- 23 Quare etiam extra Curiam ista nullitas non facili convincatur, & de præxi producendi scripturas extra Curiam.
- 24 De citatione ad sententiam ad primam cum continuatione, quantum se extenderat.
- 25 Quid in Curia non admittatur stylus Tribunalum secularium circa dictam continuationem.
- 26 De styllo Curie circa terminum pro servato, & in quo differat à dicto alio styllo.
- 27 De eodem de quo num. 25.
- 28 Citatio ad sententiam non requiritur parte presentis, quod declaratur.
- 29 An subsistatur citatio pro eadem die.
- 30 De pluribus casibus, in quibus citatio predicta non requiritur.
- 31 Quid in Congregatione Baronum.
- 32 Quando constet de negativa citationis.

DISC. XXXIV.

FACIS hinc inde probationibus, tam super iis, quæ concernunt merita cause, quam super discussione probationum, quæ per unam Partium factæ sint, quarum exclusioni, vel reprobationi altera Pars incumbat cum testium præsertim exceptionibus, vel repulsa, & super qua, Curia stylus est, non dandi terminum, vel remissoriā distinet. Etiam, sed quod terminus, vel respectivè remissoria sit utrius Parti communis, ad probandum, ac ad reprobandum respectivè, ut ita quo magis fieri potest, litigantium calumniis, ac inanibus dilationibus occurritur, supra discr. 31. & sequi.

Juxta juris communis ordinem judicariū servandum in causis ordinariis, (de quibus hucusque est sermo,) devenit ad publicationem, quæ prævia citatione alterius Partis, regulariter necessaria est, quando stylus illius necessitatem non tollat; Eaque ad instantiam eius, cuius interest processum compleri, atque causam expediri, fit cum decreto Judicis; Quamvis enim non sit de substantia judicij; Attamen servari solet. Farinac. de test. quæst.

75. Rovit.

DE JUDICIIS.

130

75. Rovit. pragm. 11. de ordin. judic. & pragm. 77. de off. S. Consil.

Ea verò sequuta preclusa est via ulterioris probationis per testes; Nisi beneficium restitutions in integrum, in personis, vel in causis privilegiatis id concedat; Atque in utriusque Sicilia regnis, per aliquas illorum leges particulares, super ea provisum est, concedendo primum, ac etiam secundum beneficium, & super quibus non defuerunt scriptores, qui particulares tractatus ediderunt, Imbrian. de primo & secundo beneficio Muscatell in prax. & alii Practici passim. Idque præsertim in nostro citerioris Sicilia Regno, magnas moras parere solet, atque calumniarum, & subterfugiorum esse fomentum; Unde propterea, pro recordatione mea adolescentie, in qua, ali quam illorum Tribunalium proxim gustare licuit, continua videntur quæstiones, super hujusmodi, primi & secundi beneficii concessiōnibus, adeo ut frequentiores, ac majores ibi audiēntur quæstiones beneficiorum, quam in Dataria Apostolica, quæ magnam partem beneficiorum ecclesiasticorum Orbis catholici providet; Atque praxis quandoque docet, quod aliqui exteri, qui illis judicaturis præponuntur, utpote in regione non versati, neque hujusmodi terminorum notitiam habentes, putare solent, quod eis concessum sit, Datarii, vel Episcopi munus exercere, & ecclesiastica beneficia concedere, istaque simplicitas pro joco, per illorum Practicorum ora volitare solet.

Sequuta verò publicatione, parimenter cum decreto Judicis, prævia citatione Partis, devenit ad conclusionem; Ita que intermedio tempore fieri, seu parari solent illæ probationes, quæ resulſent ex scripturis, quarum productio in hoc tempore conceditur, denegatur autem post conlūsum in causa; Unde propterea pro diversis Tribunalium stylis magna haberis, solent quæstiones, quæ notabiles parant moras, super eadem specie restitutions in integrum, vel super aliquæ justa causa ob quam, scriptura recipi debeant, vel super modo receptionis, de conclusione Capit. & adden. decis. 1. Rovit. pragm. 13. & 14. de ordin. judic. & pragm. 77. de off. S. Consil. Add. ad Vestr. lib. 7. cap. 1. Muscatell. in prax. Gregor. & add. decis. 140.

Itas autem formalitates (commendabiliter quidem,) Curia Romana rejecit, præsertim verò in Tribunalibus Rota, Camera, Auditoris Camera, Thesaurarii, & Vicarii, in quibus cause Curiales proprie aguntur; Dum forus Capitolinus qui aliquas antiquas juris civilis formalitates, vel superstitiones circa ordinem judiciarium adhuc retinet, dici non meretur Tribunal Curiae Romane, id est Papa, sed potius Tribunal particolare Romane Civitatis, cuiusque civium & incolarum, quorum etiam respectu, ad causas inferiores, vel inter populares, pro frequentiori praxi restrictum videtur, ut in relatione Curiae in eius rubrica advertitur. in relatione Curiae disc. 37.

Siquidem, quoad probationem faciendam per testes, ut supra in eius rubrica advertitur, supra disc. 31. & sequ. difficultas non consistit in hac formalitate publicationis verbalis, cuius praxis non habetur, sed in publicatione reali & de facto, quia nempe formiter didicita sint testificata, eaque ita discussa, ut in ea Parte, quæ post hujusmodi discussiōnem, ad novos testes inducendos recurrere satagat, probabilis urgeat suspicio subornationis, ex ibi deductis, & sic spectato effectu legis, non autem formalitate, vel solemnitate actorum.

Ita pariter, circa aliam speciem probationis per scripturas, quoniam eas quandocumque producere licet, quoties causa seu instantia adhuc duret, quia nempe ad sententias diffinitivæ formalē publicationem, adhuc deventum non sit; Et sic pariter spectato effectu, non curatis hujusmodi formalitatibus, quoniam ubi scripture habeantur in promptu, atque exhibeantur, adeo ut Judex promptè de illarum relevantia cognoscere valeat, nunquam per actorum formalitates, quoties causa sit adhuc integræ, quod scilicet dici non valeat, quod Judex eius officio jam functus esset, via veritati panditur.

Unde propterea, frequens, & quotidiana praxis docet, quod ubi causa jam instructa, & sufficienter discussa, Judex determinatus subscriptibat scedula sententiæ, illamque tradat Notario publicandam; Adhuc tamen si causa præbeat, quod res sit integræ, quia nempe Notarius, Vel ex mandato eiusdem Judicis, Vel ex alio accidenti, ad publicationis perfectionem non devenerit, adeo ut res integra dicat, Tunc præsertim in Tribunalis Auditoris Camera, Judex adhuc apertas retinet aures, & oculos, ut audit nova motiva, sive ut videat relevantiam scripturarum, que de novo exhibeantur, atque cognita relevantia, parvipendi seu lacerari solet illa scedula jam subscripta, sed potius sententiari, vel decerni ad favorem alterius Partis.

Solumque iste status cause, jam instructæ, in nimia confideratione haberi solet, ac debet, in casu quo scripturæ non habeantur promptæ, sed petatur compulsoria specialis pro illarum extractione, quæ ad instar remissoriæ, secum trahit dilationem, quod scilicet, ob suspicione calumnia, quæ presumitur, quando in hoc causa statu ista petitio sit, quandoque id denegari solet, & quandoque concedi, pro Judicis arbitrio, iuxta singulorum casuum circumstantias, ex quibus illud regulandum est; Præsertim ex qualitate summi veritatis, & an accedit causa, quæ justè illam moram excusat, quia nempe essent jura, quorum notitia de novo verè supervenerit; Et in summa juxta illas regulas, & considerationes, quæ habentur superioris insinuatae, in materia remissoriæ, cum isti termini parificentur, atque cum eisdem regulis metiantur, supra discr. 28. & 31.

Prout etiam, in scripturis, & juribus, quæ abscessæ necessitate compulsiæ, in hoc statu ita seruunt exhibeantur, cautele, & circumspecte proceditur super illorum admissione, ita & taliter, quod per eam sequi non dicatur circumscriptio alicujus decreti, jam factisive citationis ad sententiam, cuius terminus pro servato habitus adhuc duret, juxta ea quæ infra in hoc codem discursu, super ista circumscriptione habentur, ut ita scilicet integrum sit Judicii inspicere de relevantia hujusmodi scripturarum, eaque cognita, supersedere in expeditione cause, atque Partes denuo audire, sin minus, ad expeditionem devenire.

De ista verò praxi Curiae, moniti esse debent Episcopi, & Vicarii generales, aliique Judices fori ecclesiastici, utpote procedere debentes, cum praxi, & stylis eorum Curiae Metropolitæ, ad quam, in gradu appellations, causa devolvendæ sunt, non autem cum stylis Tribunalium secularium regionis, ita se involvendo in hujusmodi inutilibus formalitatibus, quæ pro frequentiori praxi non deserviunt, nisi pro calumniarum fomento.

Et quamvis eadem Curia, adhuc hujusmodi formalitatum, vel Judaisinorum aliquas recinet reliquias, super necessitate scilicet in causis ordinariis servations terminorum substantialium, qui immutato verborum cortice, complicant eadem juris solemnitates libellandi, articulandi, publicandi & concludendi, &c. adeo ut sententia lata in judicio ordinario istis terminis non servatis, nulla reputatur. *Mantic. dec. 254. num. 1. add. ad Buratt. dec. 337. & supponitur apud allegatos proximi infra.*

Attamen (spectato effectu) id nullas praestat moras, minime producit illa præjudicia, quæ ex dictis formalitatibus resultare solent, dum per illum Apostolicam Constitutionem, quæ *Innocentiana* dicitur, principaliter edita pro tribunali Rotæ, extensa quoque ad alterum Auditoris Cameræ conceditur illorum sanatio in eadem citatione ad sententiam. Quoties tamen illi de facto servati sint sed male, ad eum ferre unquam, vel nimium raro iste defectus oblet.

Cum duplice tamen declaratione, ista sanatio procedit; Primum nempe quod iudicium termini jam servati sunt, juxta formulas, quæ pro tyronum instructione, per Modernos Practicos registrantur, adeo ut sanatio suffragetur ad tollendos defectus, qui in eorum mala servatione adsint, ut ita tollatur occasio redarguendi sententias & processus de nullitate; Non autem ubi eorum substantia omnino deficiat, quia nempè nullatenus servati sint, cum sanatio praesupponat existentiam corporis, quamvis infirmi.

Et secundo, ut eadem sanatio, catenus intret, quatenus inter primam petitionem, quæ per monitorium, vel per commissionem facta sit (ad eum causa introductio sequuta dici valeat,) & istam ultimam citationem sanatorium, tantum effluxerit spatii, ut termini servari potuerint. Ex ea clara ratione, quod fictio non datur ubi non potest adesse veritas, *de his Seraphin. dec. 515. & 1352. Buratt. & add. dec. 126. & 483. add. ad Gregor. dec. 156. Royas dec. 482. Cels. dec. 76. & frequenter.*

Cumque illa Pars, cuius interest causam expediti, concipere soleat citationem ad sententiam, in cuius termino illa proferri valeat; Hinc altera Pars, que pro consueto more Deorum & postea forum, timendo condemnationem, subterfugis, ac dilationibus studeat, configere soleat ad quasdam cautelas, illam præsertim, quæ pro aliquorum Tribunali stylis, parum commendabilibus magnas moras necesse solet, atque calumniarum esse magnum fomentum; Petendi scilicet ab altera Parte, declarationem circa usum testium, & scripturarum, an habere velit pro bonis, & veris ac legalibus ad effectum illa redarguendi de falso.

Capitiosa etenim, atque calumniarum nutritiva, ut plurimum esse solet illa cautela; Vel quia scilicet, aliqua compositæ, & timorata conscientia personæ, ab aliorum casuum experientia, vel contingencia edocet, quandoque potius causæ suorumque journalium prosequitionem deserere eligunt; quam se exponere querelis criminalibus, ac molestis calumniantum ex capite falsitatis, ob quas longas litites, & molestias pati oportet pro remissione causa ad Judicem civilem, quodque iste inhibeat criminali, ut exitum cause civilis expectet, ut in materia fori competentis advertitur, *tit. de jurisd. disc. 77. & 79. & supra disc. 3.* Vel quia super modo faciendi hujusmodi declarationem, magni longarum disputationum apparatus assumi soleant; Tum su-

permodo, cum quo facienda sit petitio hujusmodi declarationis, quod scilicet dicatur illam peti, eo quia intendat redarguere de falso scripturas, vel testes, aliave jura, super quibus declaratio petatur; Tunc etiam super modo faciendi declarationem, an scilicet ea fieri debeat omnino pure, & præcise, vel fieri possit sub aliqua conditione, vel præservativa; Atque super hoc, non modica opinionum varietas dignoscitur, nimiumque scribentes se diffundunt, *de ista materia declarationis circa usum Farinac. quest. 159. Royas pragm. 1. de falso. late add. ad decif. 1. post primum vol. consil. Farinac.*

Prout etiam circa scripturas, super quibus hujusmodi declaratio facienda sit, nec ne; An scilicet teneatur quis eam facere super eius propriis libris vel memorialibus privatis ac domesticis, ad quorum confectionem, & exhibitionem ratione officii non teneatur; Et quo casu regula videtur negativa, pro facti qualitate, & circumstantiis tamen, pro judicis arbitrio limitari solita, juxta varios Tribunalium stylos, quibus est deferendum.

Nimium autem rara in Curia sunt hujusmodi disputationes; Tunc ob Curialium integratatem, & præsertim in Rota, ac in aliis majoribus Tribunalibus, quod scilicet abhorrei solet pro regula *16*. Quæ tamen ab aliqua limitatione non est immunitas, *Ista calumnia subterfugia;* Tunc etiam quia pro eiusdem Curia styllo, nimium exosum, ac opprobriosum est in ore qualificatorum Curialium, ipsum nomen criminalitatis in genere.

Magis vero quia Rota præcertum stylus est, cum quo-juxta casuum circumstantias, alia Tribunalia procedere solet, pro ejus arbitrio rejiciendi hujusmodi instantias, quoties non accedat magnus sumus suspicata falsitatis, quo cessante reputari solet calumniosa *dec. 336. num. 17. par. 13. recent.* Illaque admissa, adhuc admittitur in respondente, vel in declarante facultas dicendi, se velle uti, donec de contrario docetur, sive vehementes suspiciones indicentur, *dec. 783. par. 4. divers. dec. 364. post 2. vol. consil. Farin. Buratt. dec. 532. add. ad dictam dec. 1. post primum vol. consil. Farin.* atque ita hujusmodi litigantium cautela quodammodo ab aulo recessisse videtur (*Res quidem multum commendabilis.*)

Nimium quoque commendabilis esset altera praxis, abolenda alterum usum, respondendi positionibus, quoniam ut advertitur supra in rubrica confessionis, *supra disc. 23.* in qua de hujusmodi positionibus, ac responsione ad eas agitur, praxis docet, quod ad alium non deservit usus positionum, nisi ad fomentum calumniarum, ac dilationum, cum inani temporis, & sumptuum jactura in disputationibus super illarum refutatione, tam circa numerum excessivum, in quo artificiose dari solent, quam circa impertinentiam, ac etiam super responsione, an & quando sit sufficiens, sive an debeat esse magis præcisa, & cum illis Practicorum formalitatibus, que revera inutilis judaismi speciem sine aliquo proficio effectu, saltem pro frequentiori praxi redolere videntur.

Tunc autem ista praxis admittenda videretur, quando ageretur de facto, quod de sui natura esset difficilis probationis; Puta de mutuo, vel de alia conventione fiduciaria, que sine interventu scriptura vel testium facta sit, unde propterea, pro facti qualitate probabilis adesse videretur spes, quod ipse principalis, ab altera parte interrogatus, non esset negaturus; Atque tali casu, spectato principaliter fine, vel effectu, ob quem lex id introduxit, ista interrogatio, ac respectivæ responsio sequi deberet

coram

coram Judice, per ipsos metr. principales, sine assi-
stentia Causidicorum; qui captiolas suggestant re-
ponsiones, & juxta speciem illius interrogacionis,
quaे prudenter (simulata persona) facta fuit in ple-
no Concilio impudenti muliercula, qua accusaver-
erat S. Athanasium cum similibus. Si quidem, ubi
sequuntur sit mutuum, vel respectivè restitutio pe-
cuniarum, vel aliarum rerum fiducialiter, arque (ut
vulgò dicitur) à quatuor ocbi, tunc si ipse, qui dedit,
vel restituit, defacie ad faciem interroget alterum,
quod cum iuramento dicat, an receperit, nec ne,
non de facili ille negare audebit; Dummodo (ut
dictum est) non habeat assistentiam captioli cau-
dici, sine qua, ubi etiam praecedenter ab eo fuerit
instructus adhuc solent principales se involvere,
quando ita veritas se haberet, juxta id, quod fre-
quentier praxis docet in constitutis criminalibus, ad
quorum instar quandoque pro facti qualitate, ex
qua prudens Judicis arbitrium regulari deberet,
id in civilibus practicandum est, abolendo in re-
liquis illas formalitates, quas praxis servat, cum ali-
li non importent nisi fomentum calumniarum
& occasionem perjuriorum, quaे (ut alibi adverti-
tur) in quandam consuetudinem, ita abiisse vi-
dentur, ut etiam nimium scrupulosi, qui de non ex-
acta observantia consiliorum, vel devotionum, ni-
mium dolere solent, atque graviter in confessione
sacramentali se inculpare. Hujusmodi tamen, ac si-
milia negligunt perjuria, de quibus pro frequenti-
ori moderno uero, neque inquirere solent Confessio-
nari, qui forte ista graviora negligere videntur; At
que ex hac ratione resultare videtur Ritus M. C.V.
ut liquidatio instrumenti jurati fieri deberet de fa-
cie ad faciem, de hoc ritu et de credito disc. 116. & in-
fra in discr. u. iudicij exequitvi.

8 Ultimus actus perficiens processum seu ordi-
nem iudicij, priusquam Judex eius officio fungatur, ipsumque iudicium in ea instantia terminet cum
sententia diffinitiva, consistit in citatione Partis, ad ipsam sententiam audiendam, & proferendam; Est etenim ista citatio præcisè necessaria, adeo ut
ipsa deficiente, sententia corrut, istaque reputatur
nullitas substantialis, utpote de majoribus ex cau-
sa citationis. *Vestr. & add. lib. 3. c. 2. & lib. 7. c. ult.*
Aff. dec. 283. & 346. Capit. & add. dec. 1. de Marin.
refol. 45 libr. 1. cum aliis de quibus infra.

Non sufficit autem citatio vaga vel generalis, ad
informandum Judicem, sive ad videndum manda-
ri expediti causam, quoniam debet esse præcisa ad
sententiam; *Gregor. & add. decis. 209. Buratt. & add.*
*decis. 18. & 619. decis. 288. num. 3. par. 11. rec. & se-
pissime.* Nisi tamen consistet de contrario stylo, ob
quem alter actus judicialis sive loco hujus citatio-
nis, eique æquipollat, Ut (ex gr.) habetur in ali-
quis locis vel diaecesis Hispaniarum, quod
conclusio in causa, que solemniter, cum citatione
Partis per Judicis decretum fieri solet, sive loco
hujus citationis; Unde propterea in causa jam con-
clusa liberum iudici remanet sine alia citatione
sententiam proferre. *Gregor. & add. decis. 140.*

Cessante autem hoc stylo, quem in Italia non
habemus (saltem juxta praxim Curie), hinc sequi-
tur, ut in causis de partibus, quae per appellationem
ad eam devoluta sint, frequenter de hoc defectu
disputari soleat, ex duplice motivo; Vel scilicet illo
circumductionis citationis, prædicta sequuta ex
admissione iurium, quae producta sint in eius ter-
mino; Vel quia sententia lata non sit in termino,
in quo citatio cadebat, sed post eum jam expira-
tum.

Quatenus itaque pertinet ad primam speciem
circumductionis, Regula est, quod illa resultat ex
admissione iurium, quae de novo producta sint;
Quoties ea pure, & absque alia protestatione facta
sit, *Gregor. & add. dec. 140. & 457. Curatt. dec. 727.*
& *sepius.*

Verum ista nullitas de facili convinci solet in
processibus de partibus, nimirum autem raro in
causis, quae aguntur in Curia, quoniam practici Ju-
dices, & Notarii hanc admissionem, quae in hoc
statu fiat, non faciunt simpliciter, sed cum clausu-
lis preservativis, ita ut circumductio non sequatur;
Prudente tamen & commendabiliter recipiuntur nova iuratae Judex durante termino ha-
bito pro servato inspicere valeat de eorum relevan-
tia, quoniam si dignoscet ea irrelevantia esse, illa
negligendo procedit ad publicationem sententiae;
Et è converso abstinet à prolatione sententiae, ut
supra advertitur.

Bene verum, quod etiam in causis de partibus,
pro frequentiori praxis, ista nullitas, quae resultat à
circumductione citationis; non de facili datur,
quamvis in eius termino, nova iura producta sint
in actis, quoniam non habetur praxis faciendo pro-
ductiones, Parte citata ad dicendum contra, &
videndum admitti &c. Sed sine alia citatione, vel
Judicis admissione, presentatur, a tq; Notariis ad-
notat to lum *presentatum*, ex qua non resultat cir-
cumductio, cum ea pendat à decreto admissionis
factæ per Judicem non autem à sola productione;
Loco proximè suprà & dec. 427. par. 9. rec. Ideoque
ista species nullitatis rara est.

Frequenter autem, penitus quod sententia prolatas sit extra terminum ca-
dantis citationis, ut praesertim praxis frequentior
docet in sententiis Tribunalium ecclesiasticorum
existentium in Regno Neapolitano; Cum enim
stylos stilorum Tribunalium secularium, conci-
pendi huiusmodi citationes ad sententiam ad pri-
mam diem iuridicam, & deinde in anteacum con-
tinuatione &c. Ista clausula *cum continuatione*
&c. operetur quod terminus, pro frequentiori stylo
duret per altos decem dies, quamvis in aliquibus
Curis, & Tribunalibus soleat esse maior; Idecō
judices ecclesiastici, iuxta superiori insinuatum er-
rorem, qui forte oriū solet à Notariis, vel à Causi-
dicis, qui aliam nesciunt praxim, vel theoricam
quam illam propriam regionis, eundem adhibent
stylos; Unde propterea in Curia, pro mea praxi,
infinitus numerus sententiarum, ita annullatus fuit,
nullatenus curando supradictum declamatum sty-
lum, Vel quia formiter, ac bene justificatus non es-
set, quod agere expediens reputare non consuevit,
dum major temporis ac sumptuum iactura in hoc
ficeret, quā admissa nullitate in cause expeditione ex
integro, ut infra in nullitatum rubrica advertitur.
Infra disc. 3. 8.

Iste siquidem stylus improbare consuevit, utpote
contra iuri dispositionem, ut sententia extra diem
vel terminum cadantis citationis proferatur, non
attendendo dictam clausulam *cum continuatione*
&c. eo quia videtur species citationis nimirum va-
ga, quae afficeri non debet, quoniam obligari non
debet citatus ad hanc servitatem, ut plurimum die-
rum spatio teneatur singulis horis, & momentis
esse in iudicio, incertus quando sententia proferen-
da sit; Solumque id admittitur, quod si Pars, ad cuius
instantiam citatio concepta est, & quae sententia
favorabilem obtinuit, accusaverit in termino
cadantis citationis contumaciam citatis; Tunc su-
stenta-

stentabilis sit stylus, ut infra brevem terminum, unius vel duorum, sive ad summum trium dierum, sententia validè proferri valeat, sed non ultra, 2. *Burratt.* decif. 727. num. 3. decif. 131. num. 2. & seqq. post *Vivian.* de iur. patr. *Carili.* decif. 272. add. ad *Gregor.* decif. 73. *Bibl.* dec. 501. in principio.

²⁶ Cumque replicare consueverim de consimili stylo Curiae habendi terminum citationis pro servato, unde propterea duret per idem spatium decem dierum, in aliis Tribunalibus, & in illo Rota per quindecim; Quinimò in ultima Rota in qua induntur vacationes generales astivæ per longius, usque scilicet ad Congregationem generalem expeditionum cum quibusdam majoribus exorbitantibus, que insinuantur in relatione Curiae agendo de Rota Auditorio, in relatione Curiae disc. 32.

Negari tamen consuevit styli conformitas, quoniam licet in Curia, naturaliter, & de facto, sententia pro frequentiori praxi, proferatur in decima die, atq; pene in ultima hora labentis hujus termini habitu pro servato; Attamen per quamdam retroractionem, adjicitur illa prima dies iuridica, in qua citatio cadebat, adeòut ex tunc sententiatum dicatur cum tali rigore, quod ex illa die currat terminus decem dierum à iure datus ad appellandum, unde propterea contingit illa exorbitantia, que in prefata rubrica Auditorii Rotæ insinuata est, quod scilicet prius sequitur res judicata, quam sequatur sententia. E converso autem, juxta dictum alterum stylum, publicatio, seu lectura sententiae, non habet hanc retroactionem, sed adnotatur in ipsa die, in qua revera actus fiat, & consequenter extra terminum cadentis citationis.

Quamvis autem, juxta conditionem Advocatorum, sustinendi, modo unam opinionem, & modo alteram, juxta causarum diversas contingentias; Ego obtinuerim pluries, ac plures hujusmodi nullitatis canonizationem, stantibus Rotæ decisionibus, que id explicitè firmant, adeòut quandò è converso occasio dedit sustinendi contrarium (quod libentius, & cum majori sensu veritatis agebam ut potè prefati stylis consicci) non de facili id sustinere fuit concepsum, ob auctoritatem decisionum Rotalium, que contrarium firmant ut supra.

²⁷ Attamen intellectus, hujusmodi resolutionibus nunquam acquievit, cum spectato effectu, stylus videatur uniformis illi, quem servat Curia ut supra; Neque desideranda videtur illius formalis justificatio (ut quasdoque Rota responderem confuevit) *Othob.* decif. 176. num. 3. *Ianuen.* separationis thori 24. Aprilis 1654. coram *Meltio*, & in aliis, cum ille videatur notorius, atque de eo tanquam tali, & indubitate passim loquantur illius regionis DD. Et consequenter videtur quidam irrationalis rigor, qui iudicari speciem redoleat.

Neque considerabilis videtur¹ dicta ratio differentia, utpote redolens quandam meram formalitatem, non autem effectum, vel substantiam veritatis, que revera est eadem; Quinimò magis exorbitans à jure videtur iste stylus Curiae, quam ille, cum iste complectet quandam speciem simulationis vel fictionis; Ideoque incongruum videtur, ut melior, magisque commendabilis, ac juri conformis dici mereatur ille stylus, qui mendacum, atque fictionem continet quam ille, qui magis sincerè procedit cum naturali veritate.

²⁸ Non requiritur autem hæc citatio, ubi agatur de sententia prolatæ Parte præsentæ, cum tunc ha- *Card.* de *Luca de judiciis & judicialibus.*

beatur finis, ob quem citatio concienda est, dum modo tamen præsentia accedat, in ipso actu prolationis; Secus autem si enunciatur præsentia in aliquo contraditorio, vel congresu, qui præcesserit, cum ille dicatur actus potius extrajudicialis, & præparatorius.

Non est opus autem, ut expectetur lapsus integræ diei, in qua terminus cadas, sed sufficit quod actus sequatur in hora consueta audiencie, atque aliquando sententia proferri valet ipsam die, in qua citatio concepta, & exequuta est, quoties contra presentem personaliter facta sit expresse ad hodie, in tali tamen hora, quod congruè comparere potuerit coram judice ad ipsam sententiam audiendam. *Seraphin.* decif. 115. in dicta ianuen. separationis thori 27. Novembris 1652. & 24. Aprilis 1654. coram *Meltio* decif. 233. num. 10. par. 7. rec.

Plures item dari solent à DD. limitationes super hujus citationis cessante necessitate; Quando scilicet agatur de notorio omnino certo, & indubito, *Gab.* de *citat. concl.* 1. num. 5. Vel quando certum sit quod citato nulla competit defensio, add. ad *Burratt.* decif. 116. decif. 191. num. 5. par. 10. rec. *Bich.* decif. 589. num. 13. (Quod tamen nimium rarum est, ut ad praxim reducatur;) Sive ubi agatur de sententia supremi Principis, vel supremi Magistratus; *Bich.* dicta decif. 589. Aut ubi de sententia arbitrientali ob facultates, que per Partes arbitrari datae sint, *supra* disc. 11. Sive ubi agatur de contumacia, *supra* disc. 9. cum similibus; Attamen hujusmodi limitationes præsertim in Curia, forte nullam, vel nimium raram habent praxim, neque de facili certam recipiunt regulam, cum totum pendeat à Tribunalium stylis, vel à causarum qualitate, & circumstantiis. Solumque in Congregatione Baronum (quatenus ad Curiae praxim pertinet) iste defectus quandoque negliigi consuevit, *irr.* de *feud.* disc. 95. & ³¹ in relatione Curiae disc. 28. *Bich.* dicta decif. 589. Non agitur autem de Sacris Congregationibus Cardinalium, cum illæ non constituant formalia Tribunalia contentiosa cum ordine judicij, ut de illis agendo in relatione Curiae advertitur.

Super negativa hujus citationis disputari quandoque solet, idque pendet ab integritate actorum, an scilicet ad sint, neque integrè illa acta, ex quibus de affirmativa constare debet, quoniam integritate non accedit convinci non potest negativa, quam excludit contraria possibilis, dum in dubio præsumptio est pro validitate in exclusionem nullitatis. *Martin.* *Andr.* decif. 9. & 19. *Cavaler.* dec. 35. & 535. *Burratt.* & add. decif. 264. *Bich.* dicta decif. 589. add. ad *Gregor.* dec. 416. & *infra* disc. 37. & 38. agendo de transportatione actorum, & de nullitate.

De legibus, & auctoritatibus, cum quibus, in ordinatoriis, vel de cisis, judicandum, vel procedendum est.

SVMMARIVM.

¹ *Instructa causa,* super eius determinatione affu-

muntur questiones.

² *Quod hodie legalis facultas, vel ars iudicandi & consulendi sit longè difficultor quam de tempore*